

Monatlich erscheint  
eine Nummer.  
Preis bei der Post  
jährlich 3 Mark.

# Pastoralblatt

## für die Diöcese Ermland

Geeignete Beiträge und  
Inserate (à 20 Pf. die Zeile)  
sind direct an den  
Redacteur zu senden.

herausgegeben und redigirt von

Dr. F. Hippler, Domcapitular in Frauenburg.

Nº 1.

Dreiundzwanziger Jahrgang.

1. Januar 1891.

Inhalt: Rundschreiben des h. Vaters Leo XIII an die Bischöfe zur Bekämpfung der Sklaverei in Afrika. — Erlasse der Diözesanbehörde. — Neuere Congregations-Entscheidungen. — Das Begräbnis von Mitgliedern der Kriegervereine. — Ablaßgebet zum hl. Joseph. — Der hl. Vater und Albert der Große. — Zur altpreußischen Kirchengeschichte. — Ein wichtiger Rath des h. Franz Xaver für die Seelsorge. — Ein Danziger Gesangbuch vom Jahre 1750. — Miscelle. — Diözesan-Nachrichten. — Literarisches. — Anzeigen.

### Rundschreiben des h. Vaters Leo XIII an die Bischöfe zur Bekämpfung der Sklaverei in Afrika.

Venerabilis Frater

salutem et apostolicam Benedictionem.

Catholicae Ecclesiae, quae omnes homines materna caritate complectitur, nihil fere antiquius fuit in de ab initio, eeu nosti, Venerabilis Frater, quam ut servitum, quae misero jugo premebat mortaliū quamplurimos, sublatam cerneret penitusque deletam. Sedula enim custos doctrinae Conditoris sui, qui per se Ipse et Apostolorum voce docuerat homines fraternalm necessitudinem quae jungit universos, utpote eadem origine cretos, eodem pretio redemptos, ad eamdem vocatos beatitudinem aeternam, suscepit neglectam servorum causam ac strenua vindex libertatis extitit, etsi, prout res et tempora ferebant, sensim rem gereret ac temperate. Scilicet id praestitit prudentia et consilio constanter postulans quod intendebat religionis, justitiae et humanitatis nomine; quo facto de nationum prosperitate cultuque civili meruit optime. — Neque aetatis decursu hoc Ecclesiae studium adserendi mancipia in libertatem elanguit; imo quo fructuosius erat in dies, eo flagrabat impensis. Quod certissima testantur monumenta historiae, quae eo nomine plures commendavit posteritati Decessores Nostros, quos inter praestant S. Gregorius Magnus, Hadrianus I, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Pius II, Leo X, Paulus III, Urbanus VIII, Benedictus XIV, Pius VII, Gregorius XVI, qui omnem curam et operam contulere, ut servitutis institutio, ubi vigebat, excederet, et caveretur ne unde exsecta fuerat, ibi ejus germina reviviscerent.

Tantae laudis haereditas a Praedecessoribus tradita repudiari a Nobis non poterat: quare nulla praetermissa a Nobis occasio est, improbandi palam damnandique tetricam hanc servitutis pestem; ac data opera de ea re in litteris egimus, quas III Nonas Maias anno MDCCLXXXVIII ad Episcopos Brasiliae dedimus, quibus gratulati sumus de iis, quae pro mancipiorum libertate in ea regione gesta fuerant laudabili exemplo privatim et publice, simulque ostendimus quantopere servitus religioni

et humanae dignitati aduersetur. Evidem cum ea scriberemus, vehementer commovebamur eorum conditione qui dominio subduntur alieno; at multo acerbius affecti sumus narratione aerumnarum, quibus conflictantur incolae universi regionum quarumdam Africae interioris. Misericordia sane et horrendum memoratu est, quod certis nunciis accepimus, fere quadringenta Afrorum millia, nullo aetatis ac sexus discriminis, quotannis abripi per vim e rusticis pagis, unde catenis vincti ac caesi verberibus longo itinere trahuntur ad fora, ubi pecudum instar promercalium exhibentur ac veneunt. — Quae cum testata essent ab iis qui viderunt, et a recentibus exploratoribus Africae aequinoctialis confirmata, desiderio incensi sumus opitulandi pro viribus miseris illis, levandiisque eorum calamitatem. Propterea, nulla interiecta mora, dilecto Filio Nostro Cardinali Carolo Martiali Lavigerie, cuius perspecta Nobis est alacritas ac zelus Apostolicus, curam demandavimus obeundi praecipuas Europae civitates, ut mercatus hujus turpissimi ignominiam ostenderet, et Principum civiumque animos ad opem ferendam aerumnosae genti inclinaret. — Quam ob rem gratiae Nobis habendae sunt Christo Domino, gentium omnium Redemptori amantissimo, qui pro benignitate sua passus non est curas Nostras in irritum cedere, sed voluit esse quasi semen feraci creditum humo, quod laetam segetem pollicetur. Namque et Rectores populorum et Catholici ex toto terrarum orbe, omnes demum, quibus sancta sunt gentium et naturae jura, certarunt inquirere, qua potissimum ratione et ope conniti praestet, ut inhumanum illud commercium evellatur radicitus. Solemnis Conventus non ita pridem Bruxellis actus, quo Legati Principum Europae congressi sunt, ac recentior coetus privatorum virorum, qui eodem spectantes magno animo Lutetiam convenere, manifesto portendunt tanta vi et constantia Nigritarum causam defensum iri, quanta est ea qua premuntur aerumnarum moles. Quare oblatam iterum occasionem nolumus omittere, ut meritas agamus laudes et gratias Europae Principibus ceterisque bonae voluntatis hominibus, atque a summo Deo precamur enixe, ut eorum consiliis et orsis tanti operis prosperos dare velit eventus.

At vero praeter tuendae libertatis curam, gravior alia pressius attingit apostolicum ministerium Nostrum, quod Nos curare jubet, ut in Africæ regionibus propagetur Evangelii doctrina, quae illarum incolas sedentes in tenebris, a caeca superstitione offusis, illustret divinae veritatis luce, per quam nobiscum fiant participes hereditatis Regni Dei. Id autem eo curamus enixius, quod illi, hac luce recepta, etiam humanae servitutis ab se jugum executient. Ubi enim christiani mores legesque vigent, ubi religio sic homines instituit, ut justitiam servent atque in honore habeant humanam dignitatem, ubi late spiritus manavit fraternæ caritatis, quam Christus nos docuit, ibi neque servitus, nec feritas, neque barbaria extare potest; sed floret morum suavitatis, et civili ornata cultu christiana libertas. — Plures jam Apostolici viri, quasi Christi milites antesignani adiere regiones illas, ibique ad fratrum salutem non sudorem modo sed vitam ipsam profuderunt. Sed *mensis quidem multa, operarii autem pauci*: quare opus est, ut alii quamplures eodem acti spiritu Dei, nulla verentes discrimina, incommoda et labores, ad eas regiones pergant, ubi probosum illud commercium exercetur, allaturi illarum incolis doctrinam Christi verae libertati coniunctam. — Verum tanti operis aggressio copias flagitat ejus amplitudini pares. Non enim sine ingenti sumptu prospici potest Missionariorum institutioni, longis itineribus, parandis aedibus, templis excitandis et instruendis, aliisque id genus necessariis, quae quidem impendia per aliquot annos sustinenda erunt, donec in iis locis ubi consederint evangelii praecones, suis se sumptibus tueri possint. Utinam Nobis vires suppetenter quibus possemus hoc onus suscipere. At quum votis nostris obsistant graves, in quibus versamur, rerum angustiae, te, Venerabilis Frater, aliasque sacrorum Antistites et Catholicos omnes paterna voce compellamus, et Vestrae eorumque caritati commendamus opus tam sanctum et salutare. Omnes enim participes ejus optamus fieri, exigua licet collata stipe, ut dispartitum in plures onus levius cuique toleratu sit, atque ut in omnes effundatur gratia Christi, de cuius regni propagatione agitur, eaque cunctis pacem, veniam peccatorum, et lectissima quaeque munera impertiat.

Propterea constituimus, ut quotannis, qua die in quibusque locis Epiphaniae Domini celebrantur mysteria, in subsidium memorati operis pecunia stipis instar corrogetur. Hanc autem solemnem diem præ ceteris elegimus quia, uti probe intelligis Venerabilis Frater, ea die Filius Dei primitus sese gentibus revelavit dum Magis videndum se praebuit, qui ideo a S. Leone Magno decessore Nostro scite dicti sunt *vocationis nostræ fideique primiciae*. Itaque bona spe nitimur fore, ut Christus Dominus permotus caritate et precibus filiorum, qui veritatis lucem acceperunt, revelatione divinitatis suae etiam miserrimam illam humani generis partem

illustret, eamque a superstitionis coeno et aerumosa conditione, in qua tamdiu abiecta et neglecta jacet, eripiat.

Placet autem Nobis, ut pecunia, praedicta die, collecta in ecclesiis et sacellis subiectis jurisdictioni tuae. Romam mittatur ad Sacrum Consilium Christiano nomini propagando. Hujus porro munus erit partiendi eam pecuniam inter Missiones quae ad *delendam potissimum servitutem* in Africæ regionibus extant aut instituentur: cujus partitionis hic modus erit, ut pecunia profeeta ex nationibus, quae suas habent catholicas missiones ad vindicandos in libertatem servos, ut memoravimus, istis missionibus sustentandis juvandisque addicatur. Reliquam vero stipem idem Sacrum Consilium, cui earumdem missionum necessitates compertae sunt, inter egentiores prudenti judicio partietur.

Evidem non ambigimus, quin vota Nostra pro infelicibus Afris concepta, benigne excipiat dives in misericordia Deus, ac tu Venerabilis Frater, ulti collaturus sis studium operamque tuam, ut ea expleantur cumulate. — Confidimus insuper, per hoc temporarium ac peculiare subsidium, quod fideles conferent ad inhumani commercii labem abolendam et sustentandos evangelii nuncios in locis ubi illud viget, nihil imminutum iri de liberalitate qua Catholicas missiones adjuvare solent collata stipe in Institutum quod Lugduni conditum *a propagatione fidei* nomen accepit. Salutare hoc opus, quod fidelium studiis pridem commendavimus, hac nunc opportunitate oblata novo ornamus laudis testimonio, optantes ut late porrigit beneficentiam suam et laeta floreat prosperitate. Interim Tibi, Venerabilis Frater, Clero et fidelibus pastorali vigilantiae tuae commissis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die XX Novembbris anno MDCGCXC, Pontificatus Nostri decimo tertio.

### LEO PP. XIII.

#### Erlasse der Diözesanbehörde.

##### 1. Die Feier des Geburtstages Sr. Majestät des Königs betr.

Bon Seiner Bischoflichen Gnaden dem Hochwürdigsten Herrn Feldprobst Bischof Dr. Aßmann ist an die mit der Militärseelsorge betraute Geistlichkeit im October d. J. ein Erlaß ergangen, durch welchen für die kirchliche Feier des Geburtstages Sr. Majestät des Kaisers und Königs in den Fällen, wo für die Militärgemeinde ein besonderer Gottesdienst stattfindet, auch eine der Feier angemessene Ansprache an die Mannschaften gehalten werde. Diesen Erlaß bringe ich dem Hochwürdigen Klerus meiner Diözeſe, soweit derselbe hiebei interessiert ist, als Ergänzung zu der Bischoflichen Verordnung vom 8. Februar 1869 (Pastoralbl.

S. 21), durch welche die Feier des Geburtstages Sr. Majestät für die Civilgemeinden geregelt wird, im Nachstehenden zur Kenntniß.

Frauenburg, den 15. December 1890.

Der Bischof von Ermland.

† Andreas.

Katholischer Feldpropst Berlin, im Oktober 1890.  
der Armee.

Es ist mir höheren Orts die amtliche Mittheilung gemacht worden, daß die diesjährige Feier des Allerhöchsten Geburtstages Seiner Majestät des Kaisers und Königs Seitens einer Anzahl der mit der katholischen Militär-Seelsorge betrauten Hochw. Herren Amtsbrüder, in wenig feierlicher Weise begangen worden ist.

Wenn mir auch bekannt ist, daß die Hochwürdigsten Herren Diözesan-Bischöfe, bezüglich der bezeichneten Feier an diesem Tage die Abhaltung eines feierlichen Hochamts mit darauf folgendem „Te Deum“ angeordnet haben, so erachte ich es doch für angezeigt, daß bei den für die katholischen Militär-Gemeinden abgehaltenen Gottesdiensten die Mannschaften insbesondere auch auf die Bedeutung des Allerhöchsten Geburtstages hingewiesen werden, und gerade bei dieser wichtigen Veranlassung von ihren Seelsorgern wie zur Liebe gegen Gott und die hl. Kirche, so auch zum Gehorsam, zur Treue und Hingabe für König und Vaterland ermahnt und begeistert werden.

Ich weiß mich dieserhalb in Uebereinstimmung mit den Hochwürdigsten Herren Diözesan-Bischöfen, — mit Hochdner Oberhirtlicher Genehmigung die Herren Amtsbrüder die Ausübung der Militär-Seelsorge im Nebenamt übernommen haben, — wenn ich in Anstrengung der Einheitlichkeit und zur Vermeidung eventueller Missdeutungen und Beschwerden seitens der weltlichen Behörden, am Allerhöchsten Geburtstage Seiner Majestät des Kaisers und Königs anordne, daß in Zukunft bei Abhaltung besonderer Militär-Gottesdienste vor dem Hochamte und dem „Te Deum“ eine der Feier angemessene Ansprache an die versammelte Gemeinde gerichtet wird.

Ich bin überzeugt, daß diese Verordnung von den Hochw. Herren Amtsbrüder in richtiger Würdigung aufgenommen und derselben bereitwilligst entsprochen werden wird, zumal ja der katholische Priester keine andere Richtschnur kennt, als die seines göttlichen Herrn und Meisters:

„Gebt dem Kaiser, was des Kaisers — und Gott was Gottes ist.“

(gez.) Dr. Aßmann.

## 2. Die Collecte für Afrika am 6. Januar betr.

In dem Rundschreiben vom 20. November d. J. hat der hl. Vater angeordnet, daß alljährlich am Feste der Erscheinung des Herrn (hl. 3 Könige) zum Zwecke der Unterstützung des frommen Werkes, welches die Abschaffung der Sklaverei in Afrika und die Gewinnung

dieses Erdtheils für das Christenthum sich zur Aufgabe macht, eine Kirchencollecte abgehalten werde. Dieses Fest ist deswegen gewählt worden, weil an diesem Tage sich der Sohn Gottes zuerst den Heiden dadurch geoffenbart hat, daß die Weisen des Morgenlandes zur Krippe geführt wurden, um den Heiland der Welt anzubeten. Sie werden daher mit Recht von dem hl. Leo dem Großen die Erstlinge unserer Berufung und unseres Glaubens genannt. Wir hoffen daher mit dem hl. Vater, daß Christus der Herr, gerührt durch die Liebe und die Bitten seiner Kinder, welche das Licht der Wahrheit empfangen haben, durch die Offenbarung seiner Gottheit auch jenen im Elende schmachtenden Theil des Menschengeschlechtes in Afrika erleuchten, ihn von dem Abglauben erretten und aus der traurigen Lage, in welcher er sich gegenwärtig befindet, befreien werde.

Demgemäß verordnen wir, daß dem Wunsche des hl. Vaters entsprechend alljährlich am Feste der hl. drei Könige für die Befreiung Afrikas aus Sklaverei und Heidentum eine Collecte in allen Kirchen der Diöcese abgehalten werde. Der Ertrag derselben ist bis spätestens Ende Januar an die Herren Dekane abzuführen, welche ihn der Bistumskasse übersenden. Am Sonntage vor dem Feste ist den Gemeinden die Collecte unter Vorlesung dieser Verordnung bekannt zu machen und zu empfehlen.

Frauenburg, den 19. December 1890.

Der Bischof von Ermland.

† Andreas.

## 3. Die Pastoral-Conferenzen 1891 betr.

Als Vorlage für die Berathung der Pastoral-Conferenzen des Jahres 1891 wird Instructio pastoralis Eystettensis Tit. XIII. cap. V—VII (pag. 393—401) festgesetzt.

Frauenburg, den 20. December 1890.

Der Bischof von Ermland.

† Andreas.

## 4. Das Cura-Examen für 1891 betr.

Als besondere Prüfungsgegenstände des Examen ordinarium pro approbatione für das Jahr 1891 werden bestimmt:

1. aus der Bibelkunde allgemeine Einleitung in die Evangelien und Erklärung der drei synoptischen Evangelien;
2. aus der Dogmatik: die Lehre von den Sacramenten der Buße, der hl. Oelung, der Priesterweihe und der Ehe;
3. aus der Moral: die 5 Gebote der Kirche;
4. aus dem Kirchenrecht: Verhältniß der Kirche zum Staat im Allgemeinen und speciell in Preußen;
5. aus der Pastoral: Ordnung und Lehrplan für Theilung des Religionsunterrichts in der Volkschule, sowie für die Vorbereitung zum ersten Empfang der hl. Sacramente der Buße und des

Altars. Die Sonntags-Katechese und die katechetischen Predigten in der Kirche, sowie die Missio canonica für die Ertheilung des Religionsunterrichtes in der Schule (vgl. Bisch. Pastoralschr. vom 6. Dec. 1875 Nr. 4—6, vom 2. Febr. 1877 Nr. I und III im Erml. Pbl. 1876, S. 2—5, 1877 S. 25—27 und Tabelle über Bertheilung des Lehrstoffs in der Römisch-katholischen Religion für Elementarschulen a. a. D. 1880 S. 112—115, 1881 S. 47. Hauptregeln beim katechet. Unterricht a. a. D. 1882 S. 18 ff.). Außerdem kommen nach der Anordnung vom 22. Decbr. 1883 (Erml. Pbl. 1884, S. 1.) jedesmal genauer in Betracht:

- a. die Vorschriften des Missale Romanum und des Rituale Warmiense,
- b. die Verwaltung des hl. Bussacramentes,
- c. der Wortlaut des Diözesan-Katechismus und die genaue Kenntniß der vorgeschriebenen biblischen Geschichte,
- d. die Diözesan-Verordnungen, besonders jene der beiden letzten Jahrzehnte.

Die Prüfungs-Termine für die Monate August bis November sind im Directorium vermerkt.

Als Hilfsmittel zum Studium werden hiebei unter Verweisung auf die allgemeinen früheren Anführungen (Erml. Pbl. 1884 S. 1.) besonders empfohlen: Laurent., das hl. Evangelium unseres Herrn Jesu Christi, Freiburg 1878; Oswald., die dogm. Lehre von den hl. Sacramenten; Gury, Compendium Theologiae moralis und Lehmkuhl, Theologia moralis; Schück, Pastorale, Instructio pastoralis Eystettensis.

Frauenburg, den 20. Dezember 1890.

Der Bischof von Ermland.

† Andreas.

#### 5. Bekanntmachung z. betr.

Cum nuntiatum nobis sit a Regio Cultus Ministerio, Suam Majestatem Imperatricem ac Reginam die 17. h. m. filium Principem feliciter peperisse, mandamus, ut faustus hic in Regia familia eventus proxima a receptione praesentium Dominica populo ad divina congregato ex ambona cum justa gratiarum actione notificetur.

Frauenburgi, die 22. Decembris 1890.

Vicarius in Spiritualibus Generalis.

Kolberg.

#### Neuere Congregations-Entscheidungen.

##### Ex s. Rituum Congregatione.

LITTERAE circulares, quibus edicitur regulam esse quod non liceat in una eademque Ecclesia exponere imagines depictas, vel statuas eundem referentes coelitem; et hanc regulam pree oculis habuisse

S. Congr. Rituum quoad nonnulla dubia resipientia imaginem Deiparae quae colitur in Templo Vallis Pompeianorum.

Firma ecclesiastica Liturgiae Regula est, ab hac sacrorum Rituum Congregatione continenter inculcata, in una eademque Ecclesia, eoque magis in uno eodemque Altari, duas pluresve depictas tabulas, aut statuas unum eundemque Coelitem referentes, vel si agatur de Sanctissima Virgine, Deiparam referentes sub uno eodem titulo invocatam, publicae veneratione exponi non posse.

Eiusmodi regulam, quae exceptionem nequam admittit, eadem sacra Congregatio pree oculis habuit quum, Decreto die XXIV Februarii huiusc anni edito, quibusdam sibi a Rmo Procuratore generali Ordinis Praedicatorum propositis dubiis responderet, quae ad morem referebantur in quopiam templo, ubi iam exposita Sanctissimae Virginis a Rosario nuncupatae colebatur effigies, alteram, cui idem titulus inerat, exponendi, quaeque in templo ibidem in Valle Pompeianorum recens extracto cultum obtinet.

Enim vero quidquid sit de illo peculiari loco ubi Sanctissima Virgo Maria huiusmodi culto honestatur, et de beneficiis gratiisque singularibus, quas Deus fidelibus quibuslibet, eo accurrentibus vel ad Virginem ibi veneratam confugientibus, concedere dignatur, extra omne dubium est, effigiem illam in iis quae minus praecipua sunt, si leves quasdam varietates excipias, Dei Matrem a Rosario pariter nuncupatam referre.

Nequit igitur in Ecclesiis, publicisque quibuslibet sacris Aedibus illa exponi ubi alia eiusdem nominis imago venerationem a fidelibus populis cultumque obtinet. Quapropter etsi post illius decreti publicationem pleraque postulata ad Romanum Pontificem pervenerint implorandi gratia, ut aliqua in Ecclesia una cum vetusta effigie Sanctissimae Virginis a Rosario, altera consistere sineretur, cui a Pompeis nomen adiicitur, enuntiatae normae derogare non libuit, quod quidem responsiones ab hac sacra Congregatione identidem datas mirifice fulcit et explicat.

Haec vero responsa, quae pertinent ad sacras Indulgencias, ea quae hactenus dicta sunt apprime confirmant; videlicet duas illas B. V. Imagines unum idemque esse. Proinde quin novae Indulgencies, quae a S. Sede concedi poterunt, excludantur, quoad iam concessas, S. Congregatio conditiones, quas alias ad id opus praescripsit, servandas edicit.

Interim ut huiusmodi petitionibus finis impnatur, utque in omnium memoriam sacrae liturgiae Regulae similibus in casibus observandae, etiam atque etiam revocentur; haec sacra Congregatio, a Romano Pontifice susceptis mandatis, opportunum iudicavit hasce Eminentiae Vestrae Literas dare, assatim confidens fore, ut iisdem ad hanc, quamvis

alioqui adeo salutarem ac laude dignam erga Sanctissimam Virginem a Rosario religionem aequis limitibus continendam sapienter utatur.

Subscriptus card. Praefectus Eminentiae Vestrae manus humillime exosculans, honori sibi dicit se iterum reverenti obsequio declarare

Eminentiae Vestrae

Die XX Maii anno MDCCCXC

Obedientissimum famulum.

### De omissione sollemnitatum iuris in quibusdam causis matrimonialibus.

In Congregatione Generali habita feria IV die 5. Junii 1889 Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisidores Generales decreverunt:

Quando agitur de impedimento disparitatis cultus et evidenter constat unam partem esse baptizatam, et alteram non fuisse baptizatam: quando agitur de impedimento ligaminis et certo constat primum coniugem esse legitimum, et adhuc vivere; quando denique agitur de consanguinitate aut affinitate ex copula licita, aut etiam de cognatione spirituali vel de impedimento clandestinitatis in locis ubi Decretum Tridentinum *Tametsi* publicatum est, vel uti tale diu observatur, dummodo ex certo et authentico documento, vel in huius defectu ex certis argumentis evidenter constet de existentia huiusmodi impedimentorum, Ecclesiae auctoritate non dispensatorum; hisce in casibus praetermissis sollemnitatibus in Constitutione Apostolica *Dei miserationi* requisitis, matrimonium poterit ab Ordinariis declarari nullum, cum interventu tamen Defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia.

Eadem feria ac die

SSmus D. N. D. Leo PP. XIII decretum Emorum PP. approbavit et confirmavit.

J. Mancini S. R. et U. J. Notarius.

### Decretum Urbis et Orbis.

Quod iampridem erat in votis Christifidelium Catholici Orbis, ut celebraretur ubique *memoria Sanctorum Confessorum Ioannis Damasceni, Silvestri Abbatis et Ioannis a Capistrano*, quorum primus pro ea qua inclinaruit praestantia doctrinae, alteri pro apostolicis operibus, quibus animarum saluti profuerunt, Ecclesiam Dei mirifice illustrarunt; id nostra hac aetate plurium sacrorum Antistitum, ac Virorum dignitate insignium ingeminatis precibus a Romana Sede enixius postulatum est.

Hinc eiusmodi supplicibus votis libenter obsecundans Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII rem omnem commissam voluit maturo examini et iudicio Sacrorum Rituum Congregationis; quae in

Ordinario Coetu coadunata, auditio voce et scripto R. P. D. Augustino Caprara Sanctae Fidei Promotore, petitam Festorum extensionem ad universalem Ecclesiam ita concedi posse censuit, nimirum ut de S. *Ioanne Damasco Confessore fiat die XXVII Martii sub ritu duplice minori, addita Doctoris qualitate*; de S. *Silvestro Abate, die XXVI Novemboris sub eodem ritu*; ac demum de S. *Ioanne a Capistrano Confessore agatur die XXVIII Martii sub ritu semi-duplici*. Respectiva tamen *Officia cum Missis* de enuntiatis Sanctorum Festis, cura ipsius Sacrae Congregationis quanto fieri possit edenda, anno millesimo octingentesimo nonagesimo secundo ab omnibus qui e Clero tam Saeculari quam Regulari ad Horas Canonicas tenentur, in posterum *recitanda sunt: servatis Rubricis*.

Insuper iidem Emmi ac Rmmi Patres sacris tuendis Ritibus Praepositi decernendum putarunt, *ut sexta lectio Officii de Sacratissimo Corde Iesu*, cuius Festum ab eodem Sanctissimo Domino Nostro ad ritum Duplicis primae classis anno superiore pro universa Ecclesia evectum est, *deinceps ita concludatur, videlicet*:

„Quam caritatem Christi patientis et pro generis humani redemptione morientis, atque in suae mortis commemorationem instituentis sacramentum corporis et sanguinis sui, ut fideles sub sanctissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolant, eiusdemque fructus uberioris percipient, Clemens Decimus tertius *ipsius sacratissimi Cordis festum nonnullis Ecclesiis celebrare concessit, Pius Nonus ad universam extendit Ecclesiam, ac denique Summus Pontifex Leo Decimus tertius, orbis catholici votis obsecundans, ad ritum Duplicis primae classis evexit.*“

Sanctitas porro Sua, ad relationem mei infra scripti Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefecti, sententiam ipsius Sacrae Congregationis in omnibus ratam habens et confirmans, memorata tria Festa sub enuntiatio ritu statisque diebus ad universam Ecclesiam extendit, simulque praefatam additionem ad calcem supradictae lectionis in Officio Sacri Cordis Iesu approbare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die XIX. Augusti MDCCCXC.

L. S.

CAIETANUS Card. ALOISI-MASELLA,

S. R. C. Praefectus.

VINCENTIUS NUSSI, S. R. C. Secretarius.

### Germaniae.

Rmmi Praesules Dioecesum Borussiae ad se pulchrum Sancti Bonifacii Fuldae novissime congregati, quo Festum huiusc incliti Episcopi et Martyris, cuius admirabili zelo atque apostolicis operibus Germaniae populi magna ex parte ab idolatriae tenebris avocati Fidei lumen aspicerunt,

ampliori coherestaretur cultus honore; Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII supplicia vota depromperunt, ut illud ad altiore ritum pro cunctis ipsius Germanicae Nationis Dioecesis evehere dignaretur.

Has porro preces, a me infrascripto Cardinali Sacrae Ritum Congregationi Praefecto relatas, Sanctitas Sua quam libentissime excipiens, concessit, ut Festum praefati Sancti Bonifacii a Clero universae Germaniae tam Saeculari quam Regulari sub ritu duplice secundae classis amodo recolatur: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 7. Septembris 1890.

L. S.

† Cajetanus Card. Aloisi-Masella S. R. C. Praefectus.

Pro R. P. D. Vincentio Nussi Secr.

Ioannes Ponzi Substitut.

### Das Begräbniß von Mitgliedern der Kriegervereine.

In den meisten Städten und größeren Ortschaften der Diöcese Ermland bestehen jetzt Verbände ehemaliger Krieger und Soldaten (Kriegervereine), die sich zum speziellen Zweck gesetzt haben, das Begräbniß ihrer ehemaligen Kameraden mit militärischen Ehren zu begleiten. Damit nun bei solchen Anlässen jeder Conflict mit dem kirchlichen, den Geistlichen streng bindenden Ritus vermieden werde, empfiehlt es sich folgende Grundsätze zu beobachten:

1. Der Aufmarsch und Empfang der Leiche beim Heraustragen seitens der Trauerparade findet ganz nach Bestimmung der Königlichen Cabinetsordre vom 22. Februar 1842 statt.

2. Als dann formirt sich die Trauerparade und marschiert nach militärischer Ordnung in Eröffnung des ganzen Zuges mit Fahne und Musikcorps und dem Träger der Orden und Ehrenzeichen. Darnach folgt der kirchliche Begräbniszug, mit Kreuz, Fahnen, Sängern, dem Clerus und der Leiche.

3. Das militärische Musikcorps, das am besten dem kirchlichen Sängerchor vorausgeht, kann während des Zuges katholische Trauerchoräle vortragen, so daß kirchlicher Gesang und Musik unter einander abwechseln, wie es sonst bei katholischen Begräbnissen Sitte ist. Auch kann es auf besonderen Wunsch gestattet werden, daß das Musikcorps militärische Trauerweisen spielt, während akatholische Lieder und Choräle auf keinen Fall geblasen werden dürfen.

4. Das militärische Leichengefolge geht in geschlossener Reihe hinter dem Sarge und zwar nach den nächsten Anverwandten. Falls die Orden nicht, wie bereits bemerkt (n. 2), unmittelbar hinter der Leichenparade getragen werden, folgen dieselben unmittelbar dem Sarge.

5. Die Ehrensalve nach militärischer Ordnung erfolgt nach Vollendung der kirchlichen Gebete und Begegnungszeremonien.

Die hier in Betracht kommenden Bestimmungen der Königlichen Cabinets-Ordre vom 22. Februar haben folgenden Wortlaut:

§ 1. Es wird gestattet, daß bei Leichenbegängnissen solcher in bürgerlichen Verhältnissen verstorbenen Personen, welche früher im Heere und zwar im Kriege mit Ehren gedient haben, eine kriegerische Leichenfeier einzutreten kann, wenn die früheren Kameraden dem Verstorbenen dadurch ein freiwilliges Zeichen der Achtung geben wollen.

§ 5. Durch die Bestätigung (seitens der Ortspolizeibehörde bezw. der landräthlichen Behörde) erhält der Verein ein für allemal die Erlaubnis zur militärischen Begleitung der Leichen verstorbener Waffengefährten.

§ 10. Die Trauerparade marschiert vor dem Sarge in zwei Gliedern formirt.

§ 13. Jedes dieser militärischen Begräbnisse kann von einem Musikcorps begleitet werden.

§ 14. Für das Verhalten der Trauerparade, sowie in Rücksicht der Orden und Ehrenzeichen der zu Bestattenden gelten die für militärische Begräbnisse gegebenen Bestimmungen.

Aus der Königl. Cabinetsordre vom 23. Februar 1842.

Die Trauerparade formirt sich auf dem Sammelplatz. Die Fahne zur Leichenparade wird mit Honneurs abgeholt. Bei dem Abmarsch zum Trauerhause wird nur eine kurze Strecke Trupp geschlagen, dann still vor dasselbe marschiert und denselben gegenüber aufgestellt. Wenn die Leiche aus dem Hause kommt, wird präsentiert und die Tambours schlagen dazu den gewöhnlichen Marsch.

### Ablässgebet zum hl. Joseph.

Für die Recitation des nachfolgenden Gebetes zum hl. Joseph, das vom hl. Bernardin von Siena herürrt, ist 100 Tage Abläß verliehen.

*Beatissime Pater!*

Cardinalis Cajetanus Aloisi Masella ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter expedit, ut aliquam Indulgentiam benigne concedere dignetur universis Christifidelibus, qui devote recitaverint sequentem ad S. Joseph orationem, a S. Bernardino Senensi concinnatam:

*„Memento nostri, Beate Joseph, et tuae orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede, sed et Beatissimam Virginem Sponsam tuam nobis propitiari redde, quae Mater est Eius, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.“ Quam gratiam... .*

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. in audience habita die 14. Decembris 1889 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, universis

Christifidelibus, corde saltem contrito ac devote recitantibus supradictam Orationem, *Indulgentiam centum dierum*, defunctis quoque applicabilem, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Congregationis die 14. Decembris 1889.

L. + S.

C. Card. **Christofori**, Praefectus.  
A. Archiep. **Nicopolit.**, Secretari

### Der hl. Vater und Albert der Große.

**LEO PP. XIII.**

Dilecto Filio Ludovico Vivès Lutetiam Parisiorum. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod Opera B. Alberti Magni instituisti de integro edere, susceptus tibi quidem labor est non exiguis, sed fructuosus, opinamur, futurus. Quamquam enim post Alberti aetatem incrementa cuivis scientiarum generi complura attulit dies, ejus tamen vis et copia doctrinae, quae Thomam aluit Aquinatem, et aequalibus eorum temporum miraculo fuit, non potest vetustate ulla consernoscere. Utique videntur hodie nimis multi ponere ingenii laudem in festidio antiquitatis: sed omnino illa est philosophandi ratio optima, exquirere meditando nova, unaque simul sapientiam veterum non relinquere.

Igitur laboriosa maximi viri volumina, quae fiant jam industria tua notiora, spargere multo latius magnitudinem luminis sui posse confidimus, eorum nominatim commodo, qui in divinarum rerum humanarumve scientia diligentius elaborent. Cum vero tua ista editio auspicio satis bono in lucem tibi proditura videatur, si Nostro inscribatur nomine, Nobisque dedicetur, id quidem fieri non modo non recusamus, sed etiam gratum habemus: maxime quia Noster in Doctorem Angelicum amor vetus, ab amore magistri ejus non est disjunctus.

Tibi interim, dilecte fili, coelestium munerum auspicem Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die X Decembris An. MDCCXXXIX, Pontificatus Nostri duodecimo.

**LEO P. P. XIII.**

### Bur altpreußischen Kirchengeschichte.

Bei Mothou, Le bienheureux Jourdan de Saxe (Das Leben des sel. Jourdan v. Sachsen, Dülmen, Laumann 1889 S. 203, Ann. 1.) findet sich aus der handschriftlichen Ordensgeschichte des Bernard Gui (ad titulum de Episcopis) folgende Mittheilung:

Hoc in loco scribendum conveniens et utile existimavi, quod scriptum a fratre Stephano alibi

reperi, rem quidem admiratione dignam sed prudentibus aedificatione non vacuam, ut divina judicia timeantur: De episcopo Culmensi<sup>1)</sup> qui, cum esset frater Vicecomitis Montisbeliardi, quod est castrum in dyocesi Bisuntina, in finibus Theutoniae et Burgundiae<sup>2)</sup>, et studeret Bononiae adhuc in habitu saeculari, electus fuit in episcopum Culensem, quem renuens, ordinem istum (scil. Praedicatorum) intravit, in quo laudabiliter circa decennium commoratus, electus est in eadem ecclesia iterato. Videbatur res fleria<sup>3)</sup> domino et quasi invitus recepit de consilio bonorum virorum. Promotus igitur in episcopum, mox dedit se rebus bellicis et frequenter armans se et cum armis incendens vidensque sub armis deturbari habitum, se autem (!) magis<sup>4)</sup> habitum deseruit et ordo ipsum. Rarissime celebrabat, vix aut nunquam agebat aliqua, quae pastoralis<sup>5)</sup> officium requirebat, cumque diutius vellus (?) sine merito excessisset<sup>6)</sup>, praecipitatus morte nec de domo sua disposuit nec confessiones<sup>7)</sup> fecit nec aliqua sacramenta ecclesiastica recepit.

Von den culmischen Oberhirten kann bei dieser Notiz offenbar nur an Heidenreich gedacht sein, den einzigen, der im 13. Jahrhundert aus den Reihen der Predigerbrüder auf den culmischen Bischofssitz erhoben wurde, den er von 1245—1263 inne hatte. Allein die Richtigkeit des hier Gemeldeten unterliegt den allerstärksten Bedenken. Denn Heidenreich ist weder zweimal, noch einmal zum Bischof von Culm gewählt, sondern von Innocenz IV dazu ernannt und von demselben in Lyon als erster Oberhirt des eben neu begründeten culmischen Sprengels geweiht worden. Wir kennen ihn allerdings als einen warmen Freund des deutschen Ordens, aber auch als den erleuchteten Seelenführer der seligen Fünta und den Verfasser einer schönen Abhandlung über das Lob Gottes, welche das älteste erhaltene Stück der preußischen Literatur und eines der schönsten Denkmäler der Mystik des Predigerordens ist.<sup>8)</sup> Von einer Erkaltung seines religiösen Sinnes ist den preußischen Chronisten und sonstigen Geschichtsquellen ebensowenig etwas bekannt, als von seinem angeblichen unglücklichen Ende. Vielleicht hat seine Hinnieigung zu dem deutschen Orden seine Beziehungen zu dem Predigerorden, dem er als Provincial-

<sup>1)</sup> Stephan (de Salagnac) Ord. Praed. starb 1290; es kann also hier nur von dem ersten Bischof der Culmer Diözese Heidenreich die Rede sein, der tatsächlich dem Domini canerordens angehörte.

<sup>2)</sup> Hier nach wäre also der B. von Culm ein Bruder des Vicomte von Mömpelgard (Montbeliard in der Diözese Besançon) gewesen.

<sup>3)</sup> Vielleicht ist zu lesen seria.

<sup>4)</sup> Hier fehlt offenbar etwas.

